

Z. G1, b5.

Actus Servularis

1775

9 C 20



2193,

Acc. d. 21. Dec.
d. 18. Martii
1776.

Vir D^re nobilissime, Eccellentissime,
Amplissime, Doctissime,
Fautor atq; Amico Honorable.

In tanta Gymnasi^u IPS celebritate, inter
Sacra illius Secularia, inter publica vota
tantam abest, ut neam, qua nescire est, letitium
Silentio optimere possim, ut patius absens
gaudio exultem. Hic dies natalis Schola
patris. Iure Soleatus mihi est Sanctiora pene
natale proprio. Scepe iterumq; Pristinum
tempus Gymnassi florem, sois publicois like-
ratum exercitationibus salutem, quodas



Zu 9 C20

Principis olim et tuta fere civitas appella-
dere videbatur; Sepe TPA in me merita,
quae nulla unquam in animo meo delebit
oblioio, inter amicos in memoriam revo-
care soleo, tunc vero sapissime, cum
adhuc Alteburgi versabas, hunc diem
Gymnasii festum mecum reputaci et
e longinquo quodici Salutaci. At cum
michi non contigerit esse tam felici, ut
ipse his Sacris scolaribus tam inter-
esse passem, pro Gymnasio patrii Salute per-
petua pia vota animo et literis nuncupo,
ut Deus b. M. antiquam hanc Musarum
scadem conservet, et largissima beneficiorum
accesione ei pristinum restituat splendorem,
et proceptorum praestantissimorum curis et
laboribus, quibus pueris etas juvenes in



2

spem patre Nati ad humanitatem informari solent,
benedicere velit, ut ex hoc Spiritus Sancti
seminario, quam formulam, nifallor, cathedra
sit in fronte fuit, Viti de ecclesia et
republica praecolare merci etiam in posterum
proveniant.

TIBBꝝ autem,
Vix Prenobilissime, et TIBBꝝ cui omnia debet
et vota debet, ut Deus TE senem Vene-
rabilem animi et corporis viribus cor-
roboret, omnig felicitatis genere ad Gym-
nasiū Splendorē Augendū, et qualiter huc
amicorum vota implenda, ornare velit.

Cum consolam nuper Magisterii dignitatem semi-
Secularem nactas sis, sed Deus TIBBꝝ elias
hunc diem Gymnasii natalem fecerit au-
spicatissimum; ut TIBBꝝ etiam quinqva-
gesimum munero T'F annum animi hilazitatem

virtutum corporis robore celebrandum
concedere velit, a deo tuis Deum
precibus flagito. Ceterum TUSSE
de meliori le comendat amicitia

1818

VIII PRENOMENASSIME EXCELEN-
TASSIME AMPLESSIME

maxime addictus, deditus, ob-
structus

Dedi Dresden
1. XIV Calend. Jan.
1818 CC LXXV


M. Joh. Godofredus Straussius

I

DIVINA
FAVENTE GRATIA!
SACRVM
SECVLARE SECUNDVM
GYMNASII MARTISBURGENSIS,
d. xix. Decembris. clo lo cc lxxv.
CELEBRANDVM LIBRARY
INDICIT DOM: GYMNASIUM
ET ZOMMERSEBURG
MÆCENATES, PATRONOS, FAVTORES
AD AVDIENDVM
INVITAT,
DE
ANTIQUIORE ET RECENTIORE
SCHOLÆ NOSTRÆ STATV
PRAEFATVS
M. BALTHASAR HOFFMANN.
GYMNAS. RECTOR.

MERSEBURGI, LITTER. LAITENBERGER.







Rediit, quæ benignissimi Numinis gratia est,
rediit letissima illius diei memoria, quo
nostrum Gymnasium, hæc Virtutum bona-
rumque literarum sedes, ab Immortali Principe Electore
AVGVSTO conditum atque dicatum est. Duo præ-
teriere secula, in quibus pro temporum varietate, nunc
dura, nunc molliora hæc Schola experta est fata. Utí-
nam, rediissent etiam aurea illa, toties a veteribus Scripto-
ribus, romanis presertim poëtis, laudata. Secula: ubi in
republica omnium rerum regnat abundantias; ubi in pacis
tranquillitate studia, artes et mercature florent; ubi po-
puli divitiarum frumentorumque affluunt copia. Vel,
quod idem indicat, quando in quorundam romanorum
Imperatorum Nummis effigies fœminæ, brachio Cornu

A 2

Amal-

IV

Amaltheæ gestantis, cum epigraphæ : Felicitas temporis,
vel, Seculi Felicitas, conspicitur. Vtinam, inquam, id no-
stris convenerit temporibus ! Tantum enim abest, ut, qvo
vivimus, seculum dicamus aureum, ut ferreum potius ap-
pellari mereatur. Nihilo tamen minus spes Deo confusa
expectat et promittit meliora tempora. Hac suffulti fidu-
cia, hac spe freti, fore , ut summus rerum moderator, pius
audiat preces, suscepitque sincero de pectore votis benevolè
annuat, secundum Gymnasii nostri Natalem, ipso auro pre-
tiosiorem nobis carioremque, crastina luce sumus cele-
bratur. Jam vero haut ingratum fore censemus, si quam
Lectori, de re nostra scholastica sciendi quedam cupi-
do, notitiam , qua fieri poterit brevitate, apponamus.

Ad antiquiora tempora, quæ plerumque obscura sunt,
si retrogrediamur, Imperator CAROLVS M. ædem
sancto Johanni dicatam, eo quidem loco, quo nunc arcis
angulus borealis spectatur, exstruxisse, eamque nonnullis
Canonice ad sacra peragenda tradidisse fertur, ut inter
gentiles christiana religio propagetur. Quis dubitet, ju-
ventutem simul in principiis pietatis verique cultus divini
instructam fuisse: quanquam totum institutum à vicinis
idololatis iterum iterumque interruptum planeque dis-
turbatum fuerit. Episcopatu autem ab Imperatore OΓ-
TONE

TONE M. heic loci fundato, credendum est, novos
Præfules curam non modo Ecclesiæ, sed etiam scholæ
serio egisse. Siqvidem inter eos, Wigberto, episcopo
tertio, et Eckelino I. episcopo octavo, è Ducibus Bava-
riæ oriundo, id laudis præcipue tribuietur, quod ad rem
scholasticam sollicite oculum intenderint. Quorum ex-
emplum multo post, fecuti sunt celeberrimi Antifites,
Joannes de Boe, Thilo de Trote, Adolphus Princeps
Anhaltinus, et Vincentius de Schleiniz, pari laude admo-
dum ornati. Accedit et hoc, nostram corroborans opini-
onem, quod unus è Collegio Canonicorum honorifico
Scholastici titulo, insigniatur; num aliam ob causam
qnam ob inspectionem scholæ habendam?

Verum enim vero nunc nova temporum periodus
imminere videbatur, in rebus ad Religionem spectanti-
bus. Augustæ Vindelicorum Potentissimo Cæsari CA-
ROLO V. Fidei et doctrina nostra Confessio publice
prælecta erat et tradita, cui Vrbs etiam Martisburgensis
subscriperat, ingens inde Ecclesiæ simulque scholæ insta-
bat mutatio, numero audientium et freqventantium in-
dies magis diminuto. Plurimi enim nostrorum civium
emendatam amplectebantur doctrinam. Parentes liberis
suis bene consulturi, a Magistratu anxie flagitabant, ut

VI

Viri orthodoxæ Religioni addicti, qui iuuentutem in fundamentis divine veritatis ac pietatis erudirent, in Scholam introducantur, tandemque quod petiverant, impetrarunt. Sic nostra Schola et reliquæ triviales in omnibus his regionibus emendatae, melioreaque ad statum sunt redactæ. Major tamen amplificande rei nostræ scholastice affulgebat spes, cum post mortem Sigismundi à Lindenau, ultimi pontificis religionis episcopi, Incomparabilis AVGVSTVS Saxonie Dux, à Reverendo Capitularium Collegio ad Administrationem Episcopatus nostri postulabatur, eligebatur; qui ad magna quæque suscipienda et perficienda natus, et à Deo destinatus esse videbatur; Cujus prudentia et consilii multum adjutoria fuissent. Fratrem natu majorem, Serenissimum MAVRICIVM, Saxonie Ducem, in rebus ad nostram Scholam pertinentibus, nisi casus inexpectati minusque previsi intervenissent. Decreverat enim Inclusissimus Heros MAVRICIVS, tunc temporis nondum Elector, editioque voluntatem suam de condendis tribus Scholis provincialibus, una Mifene, altera Martisburgi, tertia Portæ instituenda, publice declaraverat: quod apud Sleidanum Fabricium, Müllerum in Annalibus et in codice Augusteo legitur. Dux ex his, nempe Misenensis et Portensis de Monasteriorum redditibus, in Monasteriis ipsis parabantur,

tur, et aperiebantur. Circa ludum autem Martisburgensem tot tantæque difficultates, et impedimenta obverabantur, ut præter propositum optimamque optimi Principis voluntatem, nihil superefflet, spesque novam videnti Scholam, prorsus evanesceret. Hoc modo beneficium Martisburgensibus destinatum, post sex annos ad Grimenses discessit. Cedendum erat tempori, et potentie CAROLI V. imperatoris, quem ipse MAVRICIVS rebatur; quamquam Cæsari fœdere junctus erat contra JOHANNEM FRIDERICVM, Saxonie Electorem. Hoc in prælio Mühlbergensi vieto et capto, AVGSTVS administratione hujus Prelatus ipse se abdicavit. Idque erat, quod voluerat CAROLVS, nunc enim cæsareus auctoritate in vacante locum substituebat Michaelem, vulgo Sidonium dictum. Sub hujus episcopi regimine Schola conditio, qvæ ante fuerat, permanxit eadem, tribus in ea Collegis, Rectori, Cantore et Baccalaureo, laborantibus. Eo autem post duodecim annos Vindobona defuncto, ibidemque sepulto, fors libere electionis tetigit ALEXANDRVM, Principem AVGSTI Electoris filium, ætate adhuc minorem, cuius vices ipse Pater AVGSTVS in se suscepit: post præmaturum autem ALEXANDRI obitum, eadem fors ad AVGSTVM ipsum reddit. Pristina vix digni-

VIII

dignitate episcopali recepta, ab omnibus ordinibus consensim Schole sit commendatio; ut pueris animum ad studia applicantibus, ansa prebeatur, quomodo finem suum consequantur? Re probe deliberata, decernitur, ut quotannis e redditibus cenobii Petrinii, quod in suburbio Altenburgi situm erat, certa pecunia summa Schole Portensis solvatur, ad certum puerorum numerum ex nostra Diocesi recipiendum, et cum reliquis ibidem alumni alendum. A clementissimo AVGUSTO, quod rogaverant, impetrant. Et ne id quidem satis. Post aliquot annorum decursum, denuo benignissimo Principi supplicatur, rogantur majora, verbo, ut sedes ac domicilium bonarum literarum et artium, seminarium Reipublicæ, decus et ornamentum nostræ urbis, nempe Gymnasium procuretur, fundetur, et exornetur. Annuit Providentissimus AVGUSTVS supplicantium votis, pro ea, qua consuevit gratia; consiliisque utriusque habitis, mox manus ad exequendum tam laudabile institutum adhibentur. Legas, si placet, sequentia è Tabulis Rev. Capituli excerpta, quæ in quibusdam, lucem Lectori afferre possint putamus. Verba ipsa hec sunt: „Schola haec Martisburgensis, postquam ædificata, reparata, preclarisque Preceptoribus exornata erat: d. 19. Dec. 1575. solemnni ritu inchoata et dedicata fuit. Longe ante Secundus et potentissimus Saxonia Dux Mauritus, sanctissimus

recordationis, has curas et hæc consilia suscep-
 perat, ut hac ipsa in urbe illustrem Scholam aperiret, in
 quæ publicis sumtibus septuaginta pueri alerentur, et à
 certis Praeceptoribus informarentur. Sed quia hostis,
 nefcio quis, huic urbi, et toti Episcopatu hanc felicitati-
 tem invidebat, et ægerrime ferebat; hinc media conqvi-
 sit, quibus has pias laudatissimi MAVRICII consul-
 tationes irritas redderet, quæ ejus machinationes tunc
 temporis non sine effectu processerunt. Nam dum hac
 de Schola Illustri hic instituenda consilia volvuntur, ab
 Imperatore Carolo V. huic Episcopatu MICHAEL
 SIDONIVS datur, qui pontificie Religionis proma-
 chus vehementissimus erat. Sic loco Martisb. scholæ,
 Ludus Grimmensis ad Muldam fluvium 1550. apertus fuit.
 Sic laudibus nunquam satis extollendus Augustus, nutu et
 consilio divini Numinis ducetus, pro suo, quo in bonarum
 literarum studia ferebatur amore pariter ac favore, hanc
 Scholam condendo, tale perfecit opus, quod per ducento
 rum annorum cursum, tot ingenii doctrinarum usu poli-
 litis, et ad majora studia preparatis, tam salutare atque pro-
 ficiuum fuit, ut innumeris Juvenes, olim Viri, ad gloriam
 Dei, ad patriæ salutem, ad scholæ ornamentum, et ad sui
 ipsius felicitatem promovendam, omni tempore inde pro-
 dierint. Sed in historia Scholæ progrediamur. Silentio

B

hic

X

hic præterire non debeo, præclarissimi Viri nomen, qui scholæ nostræ extirptionem procuravit. In frontispicio, supra introitum, legitur inscriptio, nostratibus satis, exteris minus nota, digna ergo quæ apponatur.

D. O. M.

Augustus Dux Saxonie,
Sacri Romani Imperii Archimarschalcus
et Elector &c.

Ædes has longa vetustate ruinosas ad
usum Scholaſticæ Juventutis pie conse-
crando redditibus donavit annuis,
Hieronymo a Kommerstadt, Doctore, ejusdemque
Principis Confiliario, Canonico Martisburgensi,
Scholaſtico, summa fide et diligentia exſtruc-
tionem hujus novæ Scholæ procurante.
Anno Christi MD LXXV.

Preceptorum ab initio qvinqve numero fuerunt:
Rector nimirum, Conrector, Cantor, duoqve Baccala-
rei, qui deinceps duobus Collaboratoribus, iterumqve ad-
huc uno, post Conrectorem collocato, aucti sunt. Ad
Leet.

Lectiones et leges rite inveniendas, in consilium adhibe
batur celeberrimus Joachim Camerarius senior, Prof
Lips. Nunc pueri in Scholam Portensem missi, revoca-
bantur; pecunie quotannis eodem soluta, in schole re-
cens nata usum convertebantur, ut de aliis munificentia
Augustea indiciis et liberalitatis Capituli documentis ta-
ceam, quæ tum a Caniera episcopali, tum ex Fabrica ca-
pitulari, et parata pecunia, et insigni frumenti copia pro-
fluunt, partim ut doctoribus sua salario, partim discipulis
inde stipendia porrigitur. O nunquam intermoritur am
laudem ac gloriam immortalis AVGUSTI, & æternitate
dignissimam Conditoris Gymnastii nostri memoriam, cu-
jus splendore nulla unquam per omnem posteritatem ob-
scuratura est oblivio!

Ludatisima Avi sui vestigia presso pede seqvebatur Se-
renissimus Princeps JO. GEORGIVS I. Episcopatus no-
stris administrator præstantissimus. Minor quidem erat ætate,
mox tamen strenuus avitarum Virtutum, pietatis, pruden-
tiae, fortitudinisque æmulus, toga fagoque æqve magnus.
Sub tutela adhuc larens, per tutorem Celfissimum Princi-
pen Frider. Wilhelmum, Saxonem. suam ipse libero E-
piscopatus regimini proximus, gratiam insigneque fa-
vorem in nostrum monstravit Gymnasium, duos Collabo-

B 2

ra-

ratores, ut supra comimoravimus, constituendo. Alio postmodum tempore munificas extendit manus et auxit Preceptoribus salary, et stipendiariis beneficia. Et quid à munificentia tam benigni generosique Principis, qui communem omnium salutem cupit atque felicitatem, non expectari poterat, nisi funestum illud ex exitiabile bellum, per triginta annorum spatium truculenter gestum, incidisset, totiusque Germania provincias ense et igne vastasset. Tot tamen tantisque malis, divino teatus clypeo, superatis, Optimus hic patria Pater pacem vidit reducem, fructibus per sex annos usus, in domicilia aeterna pacis transiit, relinquent nomen et laudem nunquam perituram.

Si quis, post AVGUSTVM, primum huius Gymnasii Conditorem, ob meritorum praestantiam memorabilis est, certe hic ipse, quem appellamus, CHRISTIANVS senior, tertius JO. GEORGII I. filius est, qui sedem Episcopalem ornavit, quem si alterum Conditorem Schole vocaveris, non errabis. Nonne hoc Musarum domicilium, vetustate ruinosum, reparandum curavit? Nonne Leges et lectiones emendavit? Nonne novum collegam adjunxit reliquis? Didastra abrogavit? Salary accessionem fecit? Immo vero, qui centum abhinc annis primum Jubilaeum scholasticum, multa religione et solemnitate celebravit: Varia opera et Ornamenta, praesertim in nostra basilica, admodum conspiciua,

cua, v. gr. splendidum Dormitorium funerum principaliū, magnificum Organon pneumaticum, Altare, ſug-
geſtum et alia, silentio tranſeo. Vnum non prætercundum
arbitror: Pictatis illud mōnumentum, CHRISTIANÆ,
Conjugis Viduæ Serenissimi CHRISTIANI nostri, nempe
Orphanotrophium. O quam infinitas debemus gratias
incomparabili huic Principum pari! Dormiunt, quieſcunt:
fed vivunt in eætu beatorum, memoriaqve Eorum vi-
etura est usque ad finem Seculi; sic et Eorundem Nepos
MAVRITIVS WILHELMVS, et filius Eorum
vltimus, HENRICVS.

Nobis vero nihil ſupererit, quam ut Deo benignifimo in
finitas devotissima mente agamus gratias, qvod pios Ma-
joresnoſtroſ tam ineffabili afficere voluerit beneficio, men-
temque beatissimi AVGVSTI moverit, ita, ut hoc Virtu-
tum bonarumque artium Domicilium condere non deſti-
terit, conditumqve ad hodiernum usq' diem ſuprema ſua
providentia per duo ſecula fartum teatrum conservaverit.
Mane, o Deus, porro hac in ſede honori tuo dicata. A-
verte omnia pericula. Defende verbi tui veritatem contra
omnes profanorum impetus, ut ferifimma posteritas intelligat,
te ſolum eſſe omnium rerum potentissimum moderato-
rem. Serves FRIDERIC. AVGVSTVM Principem Electo-

B 3

rem

XIV

rem, patriæ patrem indulgentissimum, cum dilectissima
Conjuge, una cum tota Domo Saxonica splendidissima.
Serva Macenates, nofræque scholæ Patronos. Serva ve-
nerandos Inspectores. Serva docentes et discentes. Pie-
tas gratusque in Deum animus omnino postulat, ut me-
moria Natalis nostri Gymnasii secularis cuius celebratio-
nen nemo nostrarium unquam spectavit, nec unquam
spectaturus est, omnino solemnī modo celebretur. Inter
concentus musicos itaque crafina luce hora X. tribus in-
choabitur orationibus, quas perorabunt:

M. CHRISTIANVS ERNESTVS SCHMIDTIVS,
Ephorus Eccles. et Schol. Inspector.

M. BALTHASAR HOFFMANN, *Refor.*

IO. AVGUSTINVS WAGNER, *Corrector.*

* * * * *

Aetus hor. IV. incipit. Dicentes sunt.

F. A. Heydenreich, *Favor Augusti Rom. et Sax. in Lite-
ras et literatos.*

H. G. Hamann, *de providentia divina, Græce.*

C. A. Herzog, *Germanum iuuenem prisca ætatis pinget
verbibus Germ.*

I. F.

- I. F. Rauſch, Carmen ſeculare lat. recitatit.
 C. R. S. Leupold, De Lingue Francogallica vilitate, Gallice.
 T. B. Hofmann, Juvenem Germanum media et recentioris atatis proponet, vers. Germ.
 I. C. C. Mueller, Curare mundum Deo digna et decora
res eft, proſa Lat.
 I. E. Schimpff, Ars longa, vita brevis. Germanice.

Tum vero de Ordine aurei Velleris
colloqventur:

- I. G. Arſand. I. A. Salzmauer. T. C. Danziger. I. C. A.
Rinkleben. I. G. Thieme. C. G. Manitus. F. G. I. Roefſig.
 C. F. A. Cyriacus. F. A. Schleifeneker. et I. G. Segniz.
 I. F. I. Baer, Non ſcholæ, ſed vitæ diſcendum. Latine.
 F. A. Laue, De felici pietatis et diligentiae connubio.
vers. Lat.
 F. E. Herzog, Non patet ad Honoris templum aditus, ni-
fi per templum Muſarum. Germ.
 G. B. A. Schroeder, Non niſi ſemel juvenes ſumus. Lat.
 I. D. Zinberg, Fandem ſententiam, alio tamen ſenſu tue-
bitur. Lat.
 C. S. Kraſſe, De laudabili juvenum ambitione. Germ.
 F. A. Regius, Memoriam Camerarii, qui primas ſcholæ
noſtræ leges ſcripſit, renovabit. Lat. Deinde

XVI

Deinde C. G. Berg. I. G. F. Bamberg. C. H. Schumann.
I. F. Petersen, I. E. Raufsch et I. F. M. Jenike dē

Virtute paucula different,

Sequitur Dialogus: Apollo et Scientiæ. Et Apollinis quidem I. A. Manitius, Scientiarum personas agent duodecim pueri, ita, ut sex priores falsq; sex vero posteriores recte de iisdem sentiant. Sunt igitur

Oratores: I. G. L. Bauer, et C. G. Hanisch,

Historici: I. A. Derbek, et J. A. Rinkleben.

Poëtae: F. C. Thieme et J. A. Schwarze.

Philosophi: A. B. Manitius et J. G. Fleischer.

Astronomi: I. C. Lueddeke et C. G. Gentzsch,

Polyhistorum denique ager C. G. Petersen, modestiam præ se ferer I. F. Buch, Tandem

I. A. Segniz Auditoribus nomine omnium gratias ager decentissimas. His omnibus ut Humanissimi Auditores benevolas præbeant aures, qua decet veneratione, rogamus. P. P. d. xviii. Dec. clo lo cc lxxv.

DOMINI INSPECTORES
GYMNASII.

*Summe Rev. et Generofiff. AVGUST. SIGISMUND.
de WINKELE, Capitularis et Scholasticus.*

*Magnificus, M. CHRISTIAN. ERNEST. SCHMIDT-
TIVS, Ephorus Diacef. Martisb.*

* * * * *

RECTORES GYMNASII
MARTISB.

1. M. ERHARD. HERTEL, ab anno 1575. ad annum 1581.
2. M. BERNHARD. HEROLD. ab anno 1581. — 1611.
3. SEBASTIAN. CREILL. ab anno 1611. — 1617. abiit Lipsiam, Rect. ad S. Thomae. Deinde 1622. Rector Gymnas. Halens. Postea Superint. Glauchens.
4. M. VALENTIN. HEVSTREV, ab anno 1617 — 1647. antea Correct. 1611.
5. M. GEORG. MOEBIUS, ab anno 1647 — 1667. abiit Lipsiam D. et Prof. Theolog. factus.
6. M. HEINRIC. KRAZENSTEIN, 1668 — 1674. discessit, Past. Grosgerchens. Deinde 1684. Past. Erfurten. ad S. Michael.
7. M. FRIDERIC. HILDEBRAND. ab anno 1674 — 1687.
8. M. CHRISTOPH. CELLARIUS, ab anno 1688 — 1693. vocatus 1693. in Acad. Halens. Prof. Histor. et Eloqy.

9. M.

XVIII


9. M. ABRAHAM. ZIEGK 1694. mortuus eod anno.
10. M. IOHANN. HÜBNER. ab anno 1694 — 1710. abiit
Hamburgum, Rector Johannei facius.
11. M. ERDMANN. VHSE, ab anno 1711. — 1730.
12. JOH. SALOMO HENCKEL, ab anno 1731 — 1741. an-
tea Corrector. ab anno 1713.
13. M. BALTHASAR HOFFMANN. ab anno 1742. ante
Corrector ab anno 1731. Nunc etat. LXXIX. ann.

* * * *


COLLEGÆ NVNC VIVENTES.

- M. Balthasar Hoffmann. Rector.
Jo. Augustin. Wagner, Conrector.
Jo. Samuel Berth. Coll. III.
Christian. Frider. Penzel. Coll. IV. et Cant.
M. Dan. Wilhelm. Funcke. Coll. V.
Jo. Frideric. Sander. Coll. VI.
M. Jo. Conrad Wagner. Coll. VII.
Carol. Christian. Gentzsch. Coll. VIII.









DIVINA
FAVENTE GRATIA!
SACRVM
SECVLARE SECVN DVM
GYMNASII MARTISBURGENSIS,
d. xix. Decembr. cl^o 19 CC LXXV.
CELEBRANDVM
INDICIT
ET
MÆCENATES, PATRONOS, FAVTORES
AD AUDIENDVM
INVITAT,
DE
ANTIQVIORE ET RECENTIORE
SCHOLÆ NOSTRÆ STATV
P R A E F A T V S
M. BALTHASAR HOFFMANN.
GYMNAS. RECTOR.

MERSEBURGI, LITTER. LAITENBERGER.

